5, 1620.

Illustrissimi Reverendissimi Illustres Magnifici et
Generosi Domini amici honorandi et dilecti

Salutem omniaque prospera et præsentium inprimis consiliorum felicissimum exitum
Illmis Rmis Illbus Magcis et Gnrosis DD. VV. exoptantes, eisdem amicissima
parataque studia nra diligenter deferimus.

Casus lugubris Illmi Dni Parentis nri è vita hac à Deo evocati, qui ad aures Illum et
Mag DD. VV. iam dudum pervenit præter dolorem acerbissimum hanc inprimis cu-
ram nobis reliquit, ut sicut bona eximia et ditiones dignitatesque præclaras he-
reditario iure ab Illo in nos promanarunt, ita fidem debitorum sanctè et in-
tegerrimè erga omnes liberaremus. Nullibi autem maius debitum, nullibi ar-
ctius grati animi vinculum nobis incumbens, quam apud Inclytam hanc Remp:
Polonam nobis exsolvendum reperimus. A qua tam eximium beneficium, tam
præclarum Ducatum Prussiæ nimirum Iure feudatario et hæreditario vigore Pa-
ctorum publicorum cum tota Rep: rite initorum obtinemus. Itaque quid huic In-
clyto Regno vicissim debeamus cogitantes, id promptissimo studio præstare statim et
ante omnia desideravimus. Eaque de causa Legatos Nros ad Sam Ram Mtem maturè
ablegavimus, gratissimi animi nri tanquam fidelissimi et devotissimi Vasalli Prin-
cipis officia et inprimis sanctissimi homagij debitum obtulimus, statim si Ræ Mti
placeret exsolvendum, quo beneficium illud Ducatus nri Sæ Ræ Mti et Reip: huic
unice acceptum publico ritu ferremus, eiusque supremum directumque dominium palàm
profiteremur, Ita nimirum indicantes actum istum, quo Ius Reip: quam maximè
conservatur et integrum continuatur, nihilque novi conceditur, apud solam Mtem
Ram etiam extra Ordinum concursum celebrari et peragi semper posse. Verùm
quia iam tum temporis de Comitijs Regni imminentibus spes non longinqua apparere
cæperat, placuit Ræ Mti dare hoc honori et autoritati universorum Inclyti huius Regni
Ordinum, ut ad illa tam solennis homagij et Investituræ ceremonia prorogaretur.
Cui Sæ Ræ Mtis iudicio nos lubenter hoc casu nos submittere et acquiescere volui-
mus. Nec tantum præstolari tempus hoc exiguum, sed et nunc in solennibus hisce
Regnicolarum nobilium Conventibus idem homagij nri debitum officium hisce ~~toti~~ literis
Reip: denunciare in proximis Comitijs expediendum. Cui ceremoniæ et solennitati
ut ibi noie Reip: adesse et assistere Legatos suos Illres et Gnrosæ Dom. VV. iu-
beant, et inter alia negocia hoc et ijs iniungant, summopere rogamus, sanctè pol-
licentes, quicquid nobis ornandis et condecorandis hac in parte tribuere Illum et Gn:
DD. VV. dignabuntur, id apud nos ubernimos fidei, promptitudinis et alacrium studiorum
fructus Reip: laturum. Prout et alias nihil intermissuri sumus, quod eo faciet, ut in
tota vita nra sinceræ fidei et integritatis erga Inclytam Remp: hanc insigne e-
xemplum posteris nris relinquamus.
Existimamus autem non fugere Illum et Gnr. DD. VV. famam de matrimonio Illmæ
Sororis nræ cum Gustavo Sueciæ Principe contra nram autoritatem concluso sparsam.
Eam nos quidem quamvis maximo eius dolore perculsi primi ad Sam Ram Mtem
per Legatum nrum detulimus, et ita explicuimus, ut nulla in nobis culpæ eius
nota vel suspicio meritò hærere possit. Tota n. causæ istius series, rebus antea et
postea gestis, literis secretissimis et documentis fide dignissimis Ræ Mti exhi-
bitis accuratè demonstravimus, nobis invitis et inscijs rem clàm inter Gustavum,
Dnam Matrem et Sororem nram actam et peractam ee.

Från oplacerade handl.
Extranea 1939

Res illa quidem ante biennium et amplius à Gustavo sollicite tractata ab Illmo
Dnô Parente nrô piè defuncto ad conditionem pacis à Sveco cum Clâ Mtê ineun,
dæ suspensa, à nobis constanter dissvasa, ab ipsa Dnâ Matre et mirum in modum
declinata fuit: Post mortem vero dicti Dnî Parentis animo nrô plane exciderat et
deserta videbatur, cum repente præter omnem opinionem Gustavus clam nobis
nostrisq Consiliarijs, qui tum iam in Prussia morabamur, Berolinum sub specie pri,
vati incognitus adveniens Dnam Matrem et Virginem adiret, ac blanditijs suis ipse
coram expugnaret, eosq adigeret, ut nobis et Consiliarijs inconsultis sponsalia inter
illos de præsenti perficerentur, quæ perfecta demum cum illis Consiliarijs et nobis
communicata sunt.
Quæ omnia non tantum prædictis indubitatis documentis, sed et iuratis si opus sit, omnium
illorum qui gnari istius negocij et circumstantiarum eius ee prîe, testimonijs ad oculum
demonstrari queant: sed et ipsa ratio luculenter docet. Quomodo n. è mente nrâ
excidere potuisset, quid Sæ Clæ Mti et Reip: pro tanto beneficio, quid tam in,
dissolubili vinculo, quo illis connexi sumus, debeamus, ut sine omni causa et instin,
ctu aperto nos hosti illorum coniungeremus, tanta ingrati animi nota nos, nomenq
nrûm commacularemus? Quid inde commodi sperare poteramus, quod non,
longè maioris damni apud illos, quos maximi beneficij autores habemus, caa
eet? Quæ honoris accessio futura ab affinitate tam incertæ et dubiæ fortunæ
ac iuris, quam alio multo certiore et pinguiore loco contrahere poteramus?
Qua de causa Sa Cla Mtas nos quidem hac culpa immunes benigne agnoscit, nostrisq
rnibus acquiescit; quia perspectum habet, quantopere omni tempore ab istis nuptijs
sororis nræ abhorruerimus, et quod nos non tam stupidos et absurdos ee novit, ut tale
consilium hoc tam alieno tempore et statu rerum nrarum exequendum caperemus.
Si quæ enim dementia vel perversitas ad illius Affinitatis desiderium nos impulisset,
sanè exiguum temporis spacium, quod ad Investituram Ducatus nostri accipiendam
maximumq eius impedimentum declinandum supererat, tollerare potuissemus
et non tam cæco et insano impetu hoc temporis momento in maximarum mole,
stiarum labyrinthum nos præcipitassemus.
Hæc itaq innocentiæ nræ clarissima argumenta apud Illes et Grosas DD. VV. etiam
locum inventura confidimus, nullumq de constanti nrâ in Clam Mtem et Remp:
Polonam fide scrupulum in animis illarum relictura. Quam fidem tam candidam
et inviolatam perpetuò præstabimus, ut ista affinitate, quæ nobis invitis attrahitur, in,
concussa et illibata permaneat, memores eius officij quo quivis Vasallus Domino
suo beneficiario obstrictus ē, ut nimirum maiorem huius, quam parentum, nedum
fratrum seu sororum, sive pace sive bello rationem habeat, ut iurisiurandi sui sancti,
moniam et accuratam observantiam omni sanguinis coniunctione potiorem ducat.
Sic nos Affinis vel soror à quibus in re tam ardua nrâ autoritas spreta et contempta
fuit, à debito nrô erga Clam Mtem et Remp: sane officio ab observatione accuratissi,
ma pactorum omnium ne latum quidem unguem quovis cam dimovere poterit.
Quod ut sibi Illmæ Rmæ Illres Magcæ et Grosæ DD. VV. de nobis certo certius persvadeant
etiam atq etiam rogantes, divinæ tutelæ illas universas et singulas, Earumq pristinæ
benevolentiæ nos ipsos commendamus. Datæ Angerburgi die V. Mensis Septembris Anno
M. DC. XX.

llmo
orum,
um
t et
is
pri,
ipse
ter
bis

orum
ulum
nra
in,
nistin,
nos
on,
s, caa
unæ

nros
eptis
ut tale
us.
hitec,
dam
lemy
nole.

etiam
temp:
endidam
vir, in,
omino
dum
sancti,
ducat.
empta
ratissi,

uadeant
ontrina
Anno